

**GIFT OF THE CASTLE OF MIRAVET TO THE ORDER OF THE TEMPLE
24 August 1153**

Ramon Berenguer IV, Count of Barcelona, gifts the castle of Miravet to Pere de la Rovera, Master of the Temple in Provence and Hispania.

[O]: lost.

In: Copy from 1311: ACA, Chancellery, parchments of Ramon Berenguer IV, no. 261.

In: BOFARULL: *Colección de documentos inéditos del Archivo General de la Corona de Aragón*, CODOIN, vol. IV, 1849, pp. 208-211, ex. A.

Excerpt from: *Catalunya Romànica*. Vol. XXVI, pp. 190-191.

Summe providencie ac discrecionis est id quod a paganis christiani auferunt ita flamiter statuere ut omnis spes illud recuperandi ab eis omnino remouentur. Quapropter in Christi nomine ego Raimundus Berengarii Dei gratia barchinonensis comes aragonensiumque princeps ac Tortose et Ilerde marchio providens christiane utilitati et volens castrum de Mirabet quod divina tribuento clemencia maximo laboro capi securis custodibus stabilire libenti animo et spontanea voluntate in remissione peccatorum meorum dono et concedo predictum castrum in manu venerabilis Petri de Roera Provincie et Ispanie magistri domino Deo et sancte Iherosolimitane milicie Templi ac fratribus tam presentibus quam futuris inibi Deo servientibus cum omnibus terminis suis videlicet ultra flumen Iberi in caput de Cannoles ex parte Teviçe Serra sicut aque vertuntur versus Mirabet et vadit ad podios Beçons usque ad terminum Tortose et ex parte in qua castrum situm est dono illis Boneçinem que dividit terminum cum Mora et ex inde protenditur terminus castri Mirabeti de Mora sicut vadit usque ad serram de Aschon de inde sicut vadit ad Nonasp et deinde sicut vadit et ferit ad Favaram et deinde usque ad podim de Calacet et vadit usque ad villar de AREnes sicut aque vertuntur versus rivum de Algars et deinde usque ad terminum de Caselas et de Buzot que sunt de termino de Orta et vadit ferire usque ad terminum Tortose cum omnibus pertinentiis suis et castris et villis videlicet castrum de Algars et castrum de Batea cum terminis sibi pertinentibus et castrum de Corbera et de Gandesa cum sibi pertinentibus et castrum de Pinello et de Resquera similiter cum suis pertinentibus et omnes alios castros et villas que infra predictos terminos continentur vel concluduntur cum omni alio heremo et culto prono et plano cum montibus et collibus planis et vallibus cum aquis et earum ductibus cum viis et semitis cum pratis et pascuis cum nemoribus et saltibus cum herbis et lignis cum terris et lapidibus ut dicti fratres Templi habeant et possideant omnia supradicta et singula iure hereditario ad proprium alodium franchum et liberum integritate et potenter absque ullo alicuius hominis vel femine rectentu perpetuis futurisque temporibus sicut melius ac firmiter ad comunem utilitatem omnium fratrem intelligi valeat. quin etiam eodem quoque modo dono et concedo eis in unocoque castello de Mequinensia usque Mirabet unam de melioribus hereditatibus que ibi sunt, videlicet in Miquinencia unam bonam hereditatem et in Flexio aliam et in Atchone aliam et in Carçeia aliam et in Mora aliam et in Teviça aliam. Et iterum dono eis duas jouvatas de terra apud castrum de Marçan franchas et ingenuas. Omnia vero sicut superius scripta sunt dono eis et firmiter laudo pro quinta eorum que ex illis ex donacione mea iure contingit de tota ipsa riparia scilicet de Mequinensia usque ad Benihalet sive ad terminos Tortose prout melius et comodius ad eorum utilitatem atque profectum intelligi potest.

Facta carta VIII kalendas septembris anno ab incarnatione Domini millessimo CLIII regnique Locovici iunioris XVII.

Sig+num Raimundi, comes. Sig+num Arnaldi Mironis, comitis Palearensis. Sig+num Guillelmi de Castro Veteri. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Berengarri de Turre Rubea. Sig+num Arnaldi de Lercio. Sig+num Raimundi de Villa de Muls. Sig+num Petri de Podio Alto. Sig+num Berengarii de Mulnells. Sig+num Arberti de

Castro Veteri. Sig+num Guillelmi de Castro Veteri, el macip.
Sig+num Poncii, scribe barchinonensis ecclesie, scriptoris comitis barchinonensis, qui
hoc scripsit ex mandato domini comitis die annoque prescripto.

TRANSLATION: APF

It is a matter of the highest providence and discretion that what Christians seize from pagans shall be so affirmed that they have not the slightest hope of recovering it. Therefore, in the name of Christ, I, Ramon Berenguer, Count of Barcelona, Prince of Aragon and Marquis of Tortosa and Lleida, bearing in mind Christian utility and desiring that the castle of Miravet, which I have conquered with the aid of divine clemency and with great effort, be secured by strong guardians, in good faith and willingly, for the grace of my sins, gift and grant the aforementioned castle with its boundaries to Pere de la Rovera, Master of Provence and of Hispania, to God, to the holy militia of the Temple of Jerusalem and to all its brothers, both present and future, who serve God. Its boundary is: from the other side of the river Ebro, at the peak of Banyoles, it follows the mountain range on the side of Tivissa, where the waters flow towards Miravet and reaches the mountains of Bessons until the boundary of Tortosa; and from the part where the castle is located, I give them Les Donissanet, which separates this boundary from that of Móra, and from there the boundary of the castle of Miravet continues from Móra and reaches the mountain range of Ascó, from where it continues to Nonasp, ending up in Favara, and from there to the mountain of Calaceite, from where it continues to the hamlet of Arenys, where the waters flow into the river Algars and from there to the boundary of Caseres and of Bot, which belong to the boundary of Horta, and it continues until ending in the land of Tortosa, with all its belongings, castles and villas; that is to say, the castle of Algars and the castle of Batea, with their boundaries and belongings, and the castles of Corbera and Gandesa, with all their belongings, and the castles of Pinell and Rasquera, also with all their belongings, and all the other castles and villages that are found or included within it, with its barren and arable lands, its sloping lands and flatlands with mountains, hills, plains and valleys, with their waters and their conductions, with their roads and paths, with their meadows and pastures, with their plants and woods, with their earth and stones; the brothers of the Temple shall have and possess all these things by hereditary right, in their own free and open allodium, entirely and permanently, without any deduction from anyone, neither man nor woman, perpetually and in future times, as can best be understood or interpreted for the benefit and utility of these brothers. Moreover in the same manner, I gift and grant them one of the best properties in each of the castles from Mequinenza to Miravet; that is to say, a good inheritance in Mequinenza, another in Flix, another in Ascó, another in Garcia, another in Móra and another in Tivissa. And in addition, I give them two free and open acres of land at the castle of Marçà. All these things as they have been written until now, I donate to them and I consider them as permanent by reason of the fifth part that corresponds to them by right of my gift on the entire bank of Mequinenza until Benifallet, or the boundaries of Tortosa, as best and most profitably it can be understood in favour and utility of them.



This document was made on the ninth day from the Calends of September in the year of the incarnation of the Lord one thousand one hundred and fifty-three, the seventeenth year of the reign of Louis the Younger.

Signed by Ramon, Count. Signed by Arnau Mir, Count of Pallars. Signed by Guillem de Castellvell. Signed by Ramon de Pujalt. Signed by Berenguer de Torroja. Signed by Arnau de Llers. Signed by Ramon de Vilademuls. Signed by Pere de Pujalt. Signed by Berenguer de Monells. Signed by Albert de Castellvell. Signed by Guillem de Castellvell, the Younger.

Signed by Ponç, scribe of the church of Barcelona and writer of the Count of Barcelona, who wrote this by order of the Count on the aforementioned day and years.